

in generali. Secundo psequitur de sacramentis in  
 speciali. et hoc in principio secunde distinctionis. ibi.  
**N**am ad sacramenta. In prima igitur parte que est pri  
 ma distinctio huius quarti libri magister tria facit.  
**N**am primo ponit sacramenti diffinitionem. Secun  
 do insinuat sacramentorum causam et necessitatem et eor  
 um integritatem. Tertio declarat quomodo circum  
 scissio inter sacramenta veteris legis maiorem inter a  
 lia cum sacramentis nove legis habeat assimilationem.  
**P**rimum facit a principio distinctiois usque ibi. Tri  
 plici autem de causa. Secundum ab inde usque ibi. Fuit  
 tamen inter illa. Tertium usque ad finem distinctiois.  
**I**n speciali sententia magistri stat in tribus pposi  
 tionibus quarum prima est hec. Sacramentum est gra  
 tie invisibilis forma visibilis eiusque similitudinem ge  
 rens cuius est signum causaque existens. Hanc ma  
 gister probans proponit primo sub parabola saucia  
 ti que saluator humano generi per incarnationem ap  
 propinquans sacramentalem medicinam adhibuit.  
 et contra peccatorum vulnera instituit sacramentorum  
 remedia. Circa que sacramenta quatuor considerare  
 intendit. scilicet sacramenti diffinitionem institutio  
 nem integritatem et distinctionem. Postea diffinit sa  
 cramentum dicens. que est sacre rei signum. quamvis  
 etiam possit dici sacramentum sacrum secretum vel  
 sacrum signans seu signatum. Intendit autem ma  
 gister de eo nunc secundum quod est signum. Diffinit etia  
 m aliter. Dicens. que est invisibilis gratie visibilis  
 forma. **A**d declarationem autem prime diffini  
 tionis Ostendit quid sit signum. quia est res preter